B. N. C.
FIRENZE
1021
8

1021 · 8

AI


ILLVSTRISS. PRIN

CAROLO M
S. R. E. CARD
AMPLISSIMO

ODE

Io. Mariæ Gherardi I. V. D. Taciturni Intronati.

1021.8



FLORENTIAE,

Apud Bartholomæum Sermartellium, & fratres. 1616.

Superiorum Permiſſu.

eſtum tollit in æthera
o tempore CAROLUM
i: Arnus aptum
nte puro
diſonus bona
Hæc iunxit actis ita ter, & quater
O chara dixit, terque amica
Numinibus DOMUS *alma rectis.*
Bono reducit nunc tibi lumine
Prægeſtientem gloria purpuram;
Qua vix redonauit Deorum
MEDICEI *decora alta Cœli*
Quin & miniſtram fulminis hanc ſui
Rex deſtinarit, nec ſemel arbitram
Moliſque, mortaliſque turmæ:
Sed quoties grauidum ruinis
Conſpexit Orbem: vertit in aureos
Mores ſceleſtos; lumine priſtinum
Seclum, catenatiſq. culpis
Innocuas reuocauit arces.
O quantus inſtat liminibus ti
Splendor: beatis quanta
Regnis voluptas. PETRUS UNI
Iam parat impe ium vicemque
Puppis ſuperbos cernere nuncios
Quos mittit Orbis iam videor. furit
En Gallus: en torto Sicambros
Crine, viden Italos feroces,

Regnique

1021.8

Regnique Iberos mole ſua graues:
Feſtinat Indus, Pax, Honor, & Fides,
Candorque priſcus, thuribusque
Flamma nouis ſacra regnat aris.
Quid quod ſtat vltrà callida limites
Iam Roma, & optat ducere nectaris
Succos, triumphaleſque pompas?
Num neget Hæc meritos honores,
Cui deſtinarit dans Deus integræ
Cum more cano vim Sapientiæ,
Et robur, æquatamque rebus,
Temporibus, Superiſque mentem?
Quis non Hetruſco lumine clarior
Campus tropheis dulcia gaudia
Teſtetur? eductoſque in aſtra
MEDICEI cumulos acerui?
Quis portus? aut quæ flumina Gloriæ
Ignara mercis? quod mare Nemini
Claro recluſum? quis receſſus,
MEDICEO aut caret ora cultu?
Seu regna SANGVIS Gallica REGIVS,
Seu Tuſca COSMVS LVX noua temperat,
Suaque, MATERNAque luce
Aequat Auis parilem Paternam,
Diuiſque laudem. Quæ tumidos Scythas
Traxit triumphis plus vice ſimplici:
Quæ regna MAIESTATE TANTVM
Patria, & Heſperiam beauit

Pace

Pace integra; cum ceu pluuius liquor
Extinxit ignes: Sol velut obrutas
Soluit tenebras: ver reduxit
Perpetuum, vetereſq. cultus.
FRATERNO & Oſtro nuper in vltimis
Oris reluxit: quà geminus LEO
Inuiſit Europen, & Afrum,
Et Libiam ſacer igne CLEMENS
Cognata GENTIS Numina: quà ſuas
Orbis columnas Herculeæ manus
Ponunt, Athlanteique fines
Laudis inoccidua laborant.
O nata DIVIS, Sydere purior:
Phœbi ò PROPAGO candidior face,
Virtute partus ſplendor; auctum
Relligione decus: feraces
O cui ſecundis vſque laboribus
Unda recurrunt in mare Tuſcium:
Ditet, gubernet, ſemper ornet,
Aura tui, GEMINVSque POLLVX.
Vix fatus vndas lacte recurrere
Sentit feraces, lætitia ſonant
Colles: Io Arces Io triumphe:
ILLE DEVS, DEVS ILLE, Ciues.

LAVS DEO.

3021.8
Z